

- 285 Volo ego multiugam esse domus opulentae supellectilem, sed totam elegantem esse volo, ne mihi salignis, ficulnis ac Samiis vasculis omnia sint referta. Volo in splendido conuiuio diuersa ciborum genera proponi, sed quis ferat, si quis centum apponat eduliorum formas, quorum nullum sit quod non nauseam moueat?
- 290 Haec non temere pluribus verbis admonui, quod exploratam habeam plerorumque mortalium praecipitem audaciam, qui praeteritis fundamentis statim et illotis, quod aiunt, pedibus, ad summa malunt festinare. Neque multo leuius peccant qui sordida miscentes elegantibus purpuram pannis deturpant ac vitrea gemmis
- 295 intertexunt Atticisque bellariis iungunt allia. Nunc variandi formulas proponemus, eas nimirum quae ad verborum pertinent copiam.

PRIMA VARIANDI RATIO PER SYNONYMIAM. CAP. XI

- Prima igitur ac simplicissima variandi ratio in his verbis sita est, quae diuersa cum sint, eandem omnino rem declarant, ita vt ad significationem nihil referat hoc an illo malis vti. Quae quidem synonyma grammaticis dicuntur; contraria his quae dicuntur homonyma. Illa quidam audent dicere aequiuoca, haec vniuoca, licet haec cognomina iuxta dialecticos magis congruant rebus ipsis
- 300 quam vocabulis. Nam voces diuersas rem eandem significantes rectius dicemus *ἰσοδυναμούσας* et his contrarias *πολυσήμους*. Prioris generis sunt: 'ensis, gladius'; 'domus, aedes'; 'codex, liber'; 'forma, decor, pulchritudo'. Horum itaque maxima vis vndeunque e bonis autoribus contrahenda, varia comparanda supellex, et, vt Fabius ait, diuitiae quaedam extruendae, quibus vbicunque
- 310 desideratum erit, possit nobis constare verborum copia. Neque sat erit huiusmodi vocum mundum copiosum ac penum diuitem parasse, nisi non solum in promptu verum etiam in conspectu habeas, vt protinus vel non quaesita sese ostendant oculis.

315 Qua tamen in re illud in primis cauendum ne, quod quidam faciunt, citra delectum velut ex aceruo quicquid primum occurrerit quolibet loco dicamus. Primum enim vix vsquam duo verba reperies adeo *ἰσοδυναμοῦντα*, quin aliquo discrimine dissideant. Nam quid tam idem significat quam ‘homines’ et ‘mortales’? Et tamen, qui passim ‘omneis mortales’ pro ‘omneis homines’ dixit Graeco
 320 isto notatus est prouerbio τὸ ἐν φακῇ μύρον, id est In lenticula vnguentum. Et alicubi ‘literae’ et ‘epistola’ rem eandem significant, alicubi diuersas.

Tum, vt demus in significato nihil omnino discriminis esse, tamen
 325 sunt alia aliis honestiora, sublimiora, nitidiora, iucundiora, vehementiora, vocaliora, ad compositionem magis concinna. Proinde dicturo delectus adhibendus, vt ex omnibus optima sumat. In promendo iudicium requiritur, in condendo sedulitas. Vt iudices, praestabit diligenter obseruata sermonis elegantia proprietatesque;
 330 vt quam plurima recondas, omnis generis autorum assidua lectio dabit. Siquidem aliis verbis multa eloquuntur poetae, aliis oratores. Sunt et aetatibus ac seculis sua quaedam peculiaria vocabula. Quin iidem etiam scriptores rem eandem saepenumero diuersis modis efferunt. Primum igitur ex omni scriptorum genere verba
 335 quam optima seligenda; deinde qualiacunque erunt, tamen in congeriem addentur, neque vox vlla reiicienda, quae modo apud scriptorem non omnino pessimum reperiatur. Nullum enim verbum est, quod non alicubi sit optimum. Proinde, quantumuis erit humile, inusitatum, poeticum, priscum, nouum, obsoletum, durum, barbarum ac peregrinum, tamen in suo veluti grege nidoque
 340 reponatur, vt si quando venerit vsus, tum accersatur. Quod si verbum ne verbi vetustas aut nouitas aures offendat, rectum erit Fabiano vti consilio, vt meminerimus *προεπιπλήττειν*. Id fiet iis ferme rationibus: ‘Cato librorum helluo, si tamen eo verbo fas est
 345 vt in re tam praeclara’;

‘ipsissimus, vt Plauti more loquar’; ‘cur enim non vtar Ennianis verbis?’; ‘nam Horatiano verbo libenter vtimur’; ‘sic enim isti neoterici loquuntur’; ‘agnoscis castrense verbum’; ‘vt poetae loquuntur’; ‘vt prisci loquebantur’; ‘vt dicam antique’; ‘si sic loqui licet’; ‘si mihi permittis vulgato more loqui’; ‘dicam enim Graece, quo dicam melius’. Idem faciendum in his verbis quae vocantur *κακέμματα*, hoc est quae vergunt ad obscoenae rei significati-
nem.

SORDIDA

Sordida igitur sunt quae humiliora videbuntur quam pro rei dignitate, veluti si quis amicum ac familiarem ‘congerronem’ appellet, literarum auidum ‘helluonem’. Nam ‘acetum’, ‘spongia’, ‘pulegium’ demiror quor Senecae verba sordida videantur. Mihi rectius sordida videntur quibus ipse vsus est in quadam epistola: ‘pilicrepi’, ‘botularii’ et ‘crustularii’. Huiusmodi fere sunt quae a sordidis artibus ac opificiis sumuntur, velut a balneis, a culinis, a coriariis, a popinis. Quibus tamen necessario vtimur, si de talibus argumentis sit disserendum. Siquidem chirurgi ac medici coguntur interdum vti verbis aptis potius quam splendidis. Et Plinius iocatur in
verba castrensia. Et ‘tuburcinandi’ verbum latronum sodalitia nobis dederunt. Quaedam autem per se sordida sunt, alia ad argumentum, ad personas aut alias circumstantias relata, veluti ‘stercus’ et ‘stercorare’ non est sordidum verbum si apud agricolas de agricultura loquaris, secus si apud principem de republica habeatur oratio.

INVSITATA

Olim plurimum ius erat consuetudini publicae, quemadmodum testatur et Horatius: ‘Multa renascentur quae nunc cecidere, cadentque / Quae nunc sunt in honore vocabula, si volet vsus’. Nunc quoniam loquendi ratio non a vulgo, sed ex eruditorum monumentis petitur, non est eadem consuetudinis autoritas.
Inusitata tamen videri possunt quae rarius occurrunt apud eos

380 autores qui frequentius teruntur ab eruditis. Et hodie danda est o-
 pera, ne moleste loquamur longaque recedamus ab istorum studio.
 qui recte loqui putant inusitate loqui, quod in L. Sisenna, viro a-
 385 lioqui docto, notat M. Tullius; quique, quod eleganter dictum est a
 Diomede, ita demum sibi videntur ingeniosi, si ad intelligendos
 1.B 10 ipsos opus sit ingenio; denique qui malunt scribere quae mi|rentur
 homines, magis quam intelligant. Nec vno tamen modo fit vt ser-
 385 mo sit inusitatus, quod ex his quae sequuntur fiet perspicuum. Si
 quis exemplum requiret, inusitate loquetur qui 'passos senes' di-
 cat pro 'rugosis', 'interduatim' et 'interatim' pro 'interdum' et
 'interim', 'titiuillitium' pro 're nihili', 'vagorem' pro 'vagitum'.

POETICA

390 Sunt et apud poetas quibus parcus est vtendum, praesertim in ora-
 tione libera. Cuiusmodi sunt apud Horatium: 'eliminare' pro 'ef-
 ferre foras arcanum' (quo tamen vsus est M. Tullius pro 'eiicere');
 'iuuenari' pro 'iuueniliter lasciuire', quae vox ad Graecum efficta
 est *νεανίσειν* et *νεανεύειν*; 'furiare' pro 'in furorem agere'; 'cla-
 395 rare' pro 'illustrare'; 'aeternare' pro 'sempiternae memoriae tra-
 dere'; 'inimicare' pro 'inimicitias concitare'; 'pauperare' pro
 'damno afficere'; 'cinctutis' pro 'cinctis'; 'inuideor' pro 'mihi in-
 uidetur'. Et apud Vergilium 'agmen' pro 'actu' seu 'ductu': 'leni
 fluit agmine Tybris'; 'indomitum furit' pro 'indomite'; 'acerba
 400 tuens' pro 'acerbe'; 'sperare' pro 'timere' siue 'expectare': 'Hunc
 ego si tantum potui sperare dolorem, / Et perferre soror potero'.
 (Similiter Terentius: 'Nam quod speras, propulsabo facile'; a qua
 tamen sermonis forma non abhorruit M. Tullius in Epistolis fa-
 miliaribus: 'Et mobili in me meosque esse animo non sperabam'.)
 405 Graecis mira felicitas in componendis dictionibus, quam interdum
 imitantur poetae, quum idem non perinde succedat oratoribus La-
 tinis. Quod genus sunt: 'vulnificus', 'tristificus', 'tabificus', 'fati-
 dicus', 'laurigeri', 'caprigenum pecus', 'veliuolum mare',

410 'vitisator', aliaque id genus innumera. 'Vilitigatores' ausus est Cato dicere, alius 'officiperdam'. Ad poeticam licentiam accedunt historici.

PRISCA

415 Prisca gratiam addunt, si modice et apte velut emblemata intertexantur. Quod genus sunt: 'expectorare' pro eo quod est 'expromere verbis quod est in animo'; 'actutum' pro 'quamprimum'; 'antigerio' pro 'valde'; 'oppido' pro eodem; 'creperum bellum' pro 'dubio'; 'hostire' pro 'pensare'; 'hostimentum' pro 'pensatione'; 'vitulantes' pro 'gaudentes'; 'iumentum' pro 'vehiculo'; 'perduellis' et 'perduellio' pro 'hoste patriae'; 'duellum' pro 'bello'; 'cludere' pro 'pugnare'; 'temetum' pro 'vino'; 'Aemathia' pro 'Thesalia'.

OBSOLETA

425 Inusitata sunt quorum rarus est vsus; prisca, quae ex scriptis ob antiquitatem relictis a posterioribus decerpta sunt, velut e XII Tabulis, ex Ennio et Lucilio, Naeuio et Pacuuius. Obsoleta sunt quae prorsus in desuetudinem et obliuionem abierunt. Cuiusmodi sunt: 'bouinari' pro 'tergiuersari', 'apludam edit et floces bibit' pro 'furfure vescitur et fecem bibit', quae merito deridet Gellius. 'Hostem' pro 'hospite' ac 'peregrino' dixit antiquitas. Nunc ridiculus

430 sit qui tentet ad eum loqui modum.

Obsoletis non video quis sit locus, nisi per iocum et ironiam, veluti si quis ineptum antiquitatis affectatorem ita notet: 'Hic profecto dignus est qui apludam edat et floces bibat'.

435 Hic non solum habenda est aetatis ratio, verum etiam studii et affectationis. Est enim antiquitas iam exoleta ac rudis, qualis videri potest ab aetate Liuii Andronici; quae paulatim enituit vsque ad M. Tullii tempora, quibus sic expolita est Romana eloquentia, vt quo cresceret non haberet, sed, vt sunt res humanae, paulatim

vis
dare al
sto
per
inc
lun
put
rare
TesI
scri
Do
que
vin
tre
diss
chi

I

zo
chit

I

dell
so e
dro
qua
mig

ab illo summo candore degeneraret. Necesse enim fuit vt posterior-
 440 res, quum aliter dicere conarentur, peius dicerent. Et tamen Salu-
 stius, quum eadem aetate scripserit qua Cicero, Catoni Censorio
 quam Ciceroni similior est. Ac Moecenas, quum idem ferme
 aetatis vixerit, tamen a seculi sui puritate longissime abest. Itidem
 Valerius Maximus, quum Tyberii Caesaris aetate fuerit, qua non-
 LB 11 dum | degenerarat Tulliani seculi candor, tamen suo potius quam
 446 aetatis suae more scripsit. De Tacito, Suetonio, Pliniis, Aelio
 Lampridio aliisque posterioribus nihil dicam. Caeterum quem-
 admodum iure laudatur illorum institutum, qui sese ad illius feli-
 cissimi seculi imitationem componunt, ita non probarim quosdam
 450 qui ceu barbarum horrent quod in his posterioribus reperiunt;
 praesertim quum fieri possit, vt quod hic refugiunt apud M. Tul-
 lium fuerit in libris quos desideramus.

DVRA

Dura sunt quae parum commode transferuntur. Notatus est qui
 455 rempublicam dixit 'castratam' morte Camilli, quum sentiret ciui-
 tatis robur illius morte concidisse. Et Flaccus tecte notat Furium
 quendam qui scripserit: 'Iuppiter hyernas cana niue conspuit
 Alpes'. His adsimile fuerit illud: 'Campos pacis sustulit, belli
 460 montes excitauit'. Mollius erat si a mari tranquillo ac turbato du-
 xisset metaphoram.

PEREGRINA

Habent suam et peregrina gratiam in loco adhibita, veluti quum
 'gazas' dicimus pro 'diuitiis', quae vox Persica est; celebrata est
 autem eius gentis opulentia et opulentiae comes luxus. 'Acinaces'
 465 pro 'gladio' Medicum verbum est; 'essedum' pro 'rheda' Britan-
 nicum; 'vngulum' Oscorum lingua 'annulus' dicitur; 'cascus'

dege
 ri, c
 Sallu
 simil
 vissu
 dalla
 fosse
 corrc
 suo :
 Sveto
 V
 all'ir
 orror
 che c

Sg
 È sta
 Cami
 na pe
 rio cl
 mile
 la gu
 mare

Ar
 zia, c
 ricche
 quel
 spada
 "brac

⁶ E.
 popoli.
⁷ R.

pro 'vetulo' Sabinorum est; 'vri' pro 'bubus feris' Gallica vox est, quemadmodum et 'merga' pro 'medulla' siue 'adipe' terrae, qui effoditur ad laetificandos agros, et 'gessa' pro teli genere; 'para-
 470 sanga' pro spatio triginta stadiorum Persicum verbum est. Quin et 'camurum' pro eo quod in se recurrit, inter peregrinas voces censetur. Apud veteres christianos recepta sunt 'nonnus' et 'nonna' pro 'sancto' et 'sancta', quae vocabula sunt Aegyptiorum, quod olim illic monachorum et monacharum examina sanctimoniae nomine commendarentur.

475 Quod si quando necessitas cogit vt barbaris vtamur, non sine honoris praefatione sunt adhibenda, quemadmodum ait Plinius. Sunt aliae permultae voces quae a barbaris nationibus vna cum ipsis rebus ad Graecos, a Graecis ad nos dimanarunt; quod genus sunt
 480 'sinapi', 'piper', 'zinziber' et caetera.

OBSCOENA

Obscoenas voces oportet ab omni christianorum sermone procul abesse, nec audiendi sunt Cynici, qui nihil putant turpe dictu quod turpe factu non sit; rursus, quod turpe non sit in occulto facere, id
 485 nec in publico turpiter fieri, veluti reddere lotium aut exonerare aluum. At e diuerso, non statim turpe dictu est quod factu turpe est: 'parricidium' et 'incestus' verecunde nominantur, quum vtrunque factu sit turpissimum. Verum vt sunt quaedam corporis membra quae, quum per se inhonesta non sint, tamen pudore quodam humano velantur, ita sunt actiones quaedam mediae, quae verecundiae gratia caelantur. At non statim quod indecorum est
 490 propalam facere, turpe est suo nominare vocabulo: 'parere' verecunde dicitur, quod tamen turpe fieret in propatulo; 'meiere' non est verbum obscoenum, tametsi 'reddere lotium' verecundius est, palam tamen meiere inuerecundum est. Contra 'cacare' verbum est obscoenum, quum actio sit aequae media; 'venter' pudice nominatur, impudice ostenditur; 'vulua' verbum est honestum, quum 'cunnus' sit obscoenum.

Vnde igitur ducitur obscoenitatis ratio? Non aliunde quam ab vsu,
 500 non quorumlibet, sed eorum quorum est casta oratio; nam poetae,
 praecipue satyrici, in his sibi nimium permiserunt. Interdum meta-
 phora simplici verbo est obscoenior, quale est illud Horatii: 'alie-
 nas / Permolere vxores'; et 'patriciae immeiere vuluae'; et apud
 Catullum: 'despuit patrum' et 'deglubere viros'. Quaedam detor-
 505 ta sunt in obscoenum sensum, quum per se sint honesta, vt 'dare
 fidem' verecunde dicimus, et tamen obscoenum est quod est in
 Priapeiis: 'Simplicius multo est da Latine dicere'; et Martialis:
 LB 12 'Vis dare, nec dare vis'. Ab his | igitur quae manifestam habent
 obscoenitatem in totum est abstinendum. Quae media sunt, pos-
 510 sunt ad verecundum sensum accommodari, veluti si quis dicat se
 'exosculari' aut 'dissuauari' ingenium alicuius quo valde delecte-
 tur, aut 'philologiae procum' appellet eruditionis candidatum.

NOVATA

Nouata trifariam accipi possunt: vel quae finguntur noua, vel quae
 515 in alium vsum deflectuntur, vel quae compositione nouantur. Pri-
 mi generis exemplum fuerit, quod Nero 'mōrari' dixit prima pro-
 ducta pro 'fatuum esse', a Graeca voce *μωρός*. Secundi, quod Sa-
 lustius 'ductare exercitum' dixit, quum 'ductare' apud Terentium
 aliosque veteres sensum habeat obscoenum: 'vt meam ductes gra-
 520 tis'; item: 'patrare bellum' pro 'gerere bellum', quum 'patrare'
 prius diceretur qui daret operam creandis liberis. Tertii generis
 sunt 'vitilitigator' a vitio litigandi, quod ante retulimus; 'bubse-
 qua' pro 'bubulco'; item illa Pacuuii: 'Nerei repandirostrum, in-
 curuiceruicum pecus', quorum meminit Fabius. Ad hanc classem
 525 pertinent quae deriuatione nouantur, vt: 'vituperones', 'amorabun-
 dus', 'nupturire', 'verbigerari'; cuiusmodi vocibus praecipue gau-
 det Apuleius, Martianus Capella, Sidonius Apollinaris, et qui ad
 horum exemplum sese composuerunt. Habent et haec gratiam, si
 modo in loco modiceque velut aspergantur.

dal
scr
quOr:
zia
gar
no
Ca
Vuma
ser
cia
letnu
zic
pri
Gr
to'
cat
ste
"fa
sor
po:
vic
Fal
dei
chi
lei
ese
spi

530 Nam, vt eleganter est a Fabio dictum, 'in cibis interim acor ipse iucundus est'.

Porro Graeca Latinis in loco intermixta non mediocrem addunt gratiam. In loco adhibentur, vel cum Graeca vox est significantior, vt *λογομαχία* pro 'contentione' siue 'rixa', vel cum est etiam breuior, vt *φίλαυτος* pro 'eo qui sibi placet', vel quum est vehementior, vt *γυναικομανής* pro 'mulieroso', vel quum est venustior, vt si quis de rebus arduis sed inutilibus disserentem dicat eum *μετεωρολεσχέιν*, aut eum qui sibi sapiens videatur quum sit stultus, appellet *μωρόσοφον*. Nam Graecae vocis gratiam nulla

540 Latina posset assequi, vel quum ad locum aut dictum autoris alicuius alludimus, veluti quum notantes aliquem inconsideratius loquutum, dicimus *ποίησον ἔπος* etcetera, quod est apud Homerum; aut indicantes aliquem non respondisse ad id quod proponebatur, dicamus *ἄμας ἀπήτουν*; quod si Latine dicas 'falces petebam',

545 perit sermonis lepos. Allusionem habet illud Horatianum: 'ter vncti / Trans Tyberim nanto ... / Irriguumque mero sub noctem corpus habento'. Facit enim Trebatium loquentem, iure consultum. Solent enim ii verbis Duodecim Tabularum delectari. Quod et M. Tullius imitatur in libris De legibus. Denique, quum nolu-

550 mus id quod dicimus a quibuslibet intelligi. Ac ne singula persequar, quoties inuitat aliqua commoditas, recte Graeca Latinis intertextentur, praesertim quum ad eruditos scribimus. Caeterum, quum nihil huc inuitat, velut ex instituto sermonem semilatinum et semigraecum texere fortassis in adolescentibus, semet ad vtriusque linguae facultatem exercentibus, veniam mereatur; in viris mea sententia parum decora fuerit haec ostentatio neque plus habeat grauitatis quam si quis alternis et e prosa oratione et metris librum misceat; quod tamen ab eruditis quibusdam factum videmus: ab Arbitro Petronio, sed non sine specie dementiae, a Seneca

come è dette che la stessa

Inoltre le aggiungono: parola Greca ragionament *φίλαυτος* (a come *γυναικ* gante, come chi disserta s sapienza) chi

Infatti nella, anche qu come per essere deratamento, Omero; opposto chiesto: le falci", l'ar

Ha un'alli

Tre volte un notte abbiar

Infatti immag si divertono questo nei lit

Poi, quando unque. E per che opportuno, soprattutto

Del resto, l'uso un discorso i giovani adulti a mio avrebbe più s e i versi; la qu bitro, ma non

560 in ludicro Encomio Claudii et, quod magis admirandum, a Boetio
 in argumento serio; qui tamen in carminibus adeo sui dissimilis
 est, vt docti vix credant ipsius Marte fuisse conscripta. Boetium i-
 mitatus est Ioannes Gersonensis, scriptor haud contemnendus, si
 in hoc seculum incidisset. Iam fit interdum, vt aut longo circuitu
 565 cogamur efferre quod sentimus, aut a Graecis mutuo sumere, vt in
*πολυπραγμοσύνη, φιλαυτία, ἀφαιμαρτοεπιής, πολυφιλία, δυσω-
 πία, περισσολογία, ταυτολογία, βαττολογία*, atque id genus sex
 milibus; de quibus fortassis alias nonnihil dicemus. Sunt non
 paucae Graecorum voces quas antiquitas Latinitate donauit. Iis
 570 perinde atque Latinis vti licebit, vt: ‘rhetor’ et ‘orator’; ‘hypothe-
 ca’ et ‘pignus’; ‘helleborum’ et ‘vera|trum’; ‘foeniculum’ et ‘ma-
 LB 13 rathrum’; ‘sycophanta’, ‘calumniator’; ‘praebibo’ (quo vsus est
 Apuleius) et ‘propino’; ‘mastigia’, ‘verbero’. Quaedam ita recep-
 ta, vt desit verbum Latinum, sicuti: ‘philosophus’, ‘theologus’,
 575 ‘grammatica’, ‘dialectica’, ‘epigramma’; in quibus ipsis inerit
 nonnihil varietatis si modo Graeca, modo Latina forma inflectan-
 tur, vt: ‘scorpius’ et ‘scorpio’; ‘elephantus’ et ‘elephas’; ‘delphi-
 nus’, ‘delphin’; ‘lampas <lampadis>’, ‘lampada lampadae’;
 ‘grammatica grammaticae’, ‘grammatice grammatices’.

580 AETATVM PROPRIA VOCABVLA. CAP. XII

Diligenter itaque conueniet obseruare quid in vsurpandis vocibus
 aetas variarit. ‘Beatitudinem’ et ‘beatitatem’, ‘mulierosum’ et
 ‘mulierositatem’ Cicero primus ausus est dicere. ‘Declamare’ pro
 ‘exerceri ad eloquentiam’ illius aetate nouum erat. Aetate Varro-
 585 nis ‘aedituus’ pro ‘aeditimo’ nouum erat (sic enim ab aede dice-
 batur ‘aeditimus’ quemadmodum a lege ‘legitimus’). ‘Interim’
 pro ‘interdum’, ‘obiter’ pro ‘interea’ et velut aliud agendo, ‘subin-
 de’ pro ‘identidem’, Quintiliani seculo nata sunt. ‘Reatum’ Mes-
 sala primus dixit, ‘munerarium’ Augustus. ‘Fauor’ et ‘vrbanus’
 590 seculo Ciceronis voces erant nouae. ‘Obsequium’ primus dixit Te-
 rentius,

Scherzoso
 gomentazi
 che i dott
 Imitò Boe
 fosse capi

Qualeh
 circonlocu
 come in
ἀφαιμαρτε
δυσωπία (
 (tautologi
 la, di cui f

Ci sono
 alla Latini
 re e orator
 sicofante e
 che usò A
 recepite pe
 matica, di
 clinate ora
 fante, delf

Perciò
 co abbia n
 re “Beatiti
 “Declamar
 Al tempo
 tempio, er
 come “leg
 stesso tem
 tutamente”
 “Accusa”
 “urbano” e

Huic similis est illa M. Tullii copia pro Q. Ligario: 'O clementiam admirabilem atque omnium laude, praedicatione, literis monu-
 620 mentisque decorandam' etc. Similia dixit, non eadem. Laudatur etiam idque merito ex eadem oratione locus rem eandem aliis atque aliis verbis inculcans: 'Quid enim, Tubero, tuus ille districtus in acie Pharsalica gladius' etc. Haec eo diligentius admoneo, quod celebris alioqui nominis concionatores, praesertim apud Italos, sen-
 625 serim hoc ceu praeclarum affectare, vt huiusmodi synonymis tempus eximant; veluti si quis interpretans illud Psalmi: 'Cor mundum crea in me, Deus', ita loquatur: crea in me cor mundum, cor purum, cor nitidum, cor immaculatum, cor expers sordium, cor nullis vitiis inquinatum, cor purgatum, cor lotum, cor niueum', at-
 630 que idem faciat in caeteris verbis. Atqui haec copia non multum abest a battologia. |

LB 14 RATIO VARIANDI PER ENALLAGEN SIVE ἑτερώσειν. CAP. XIII

Proxima variandi ratio est, cum eadem voce modice deflexa varietatis nonnihil conciliatur, vt: 'edax', 'edo'; 'bibax', 'bibulus', 'bibosus', 'bibo'; 'loquax', 'locutuleius'; 'nugator', 'nugo'; 'blaterator', 'blatero'; 'fallax', 'falsus'; 'voluptuosus', 'voluptuarius'.

Simil
gario

O
log

Disse
quel
role c

Ch
Fa

Ra
tito a
celeb
nimi
«crea
monc
privo
un cu
role.

La
la ste
ubria
rulon
vuotc

⁹ Ir

¹⁰ E

funzic
per il

Huius generis est cum substantiuum nomen adiectiuo commutatur aut contra, vt: 'iuxta sententiam Homeri', 'iuxta sententiam Homericam'; 'vir mire facundus', 'vir mira facundia'; 'insignite impudens', 'insignita impudentia'. Cum verbum actiuum mutatur in passiuum aut contra: 'plurimam habeo gratiam', 'plurima tibi a me habetur gratia'; 'magna me tenet admiratio', 'magna teneor admiratione'; 'non sic amat filium mater', 'non sic amatur a matre filius'. Et vt rem infinite variam summatim dicam, duobus potissimum modis constat haec mutatio, vel cum pars ipsa mutatur, vel cum eadem orationis parte manente qualitas nouatur. Ea totidem rationibus commutari poterit, quot sunt res quae voci cuiquam accidunt. Prioris exemplum erit: 'non confido facturum me', 'non est fiducia'; 'non dubito quin possit', 'non est mihi dubium quin adsit illi facultas'; 'iudicent alii', 'aliorum esto iudicium'; 'quid huc redisti?', 'quid huc reditio est?'; 'desine nugari', 'desine nugas'; 'id mihi anus indicium fecit' pro 'indicauit'; 'est illi mira sitis auri', 'mire sitit aurum'; 'non est apud illum discrimen amici et inimici', id est 'non discernit amicum ab inimico'; 'nostrum istud viuere triste' (infinite verbum pro nomine); 'virtus est vitium fugere', id est 'virtus est fuga vitiorum'. (In his orationibus verbum nomine permutatur.) 'Amantem redama, promerenti benefac', 'redama eum qui te amat, benefac ei qui promeretur'; 'tui desiderantissimus est', 'te maxime desiderat'; 'nemo tui videndi cupientior', 'nemo qui te magis videre cupiat'. (Hic verbum participio commutatur.) 'Venisti ereptum', 'venit eripere', 'venit erepturus', 'venit vt eripiat'. (Hic verbum supino aut participio mutatur.) 'Ad congerendas pecunias inhiat', 'ad congerendum pecunias inhiat'. (Hic gerundiuum, vt vocant, gerundio commutatum est.)

'Hoc dictum oportuit', 'hoc dicere oportuit'; 'si quid recte curatum velis', 'si quid recte curari velis'. (Hic infinitum verbum participio commutatur.) 'Magnum dat ferre talentum' ('ferre' pro 'ferendum'); 'Sthenelus sciens pugnae', id est 'sciens pugnandi';

670 'cupidus litium', 'cupidus litigandi'. (Hic nomen positum pro gerundio.) 'Libitum est' pro 'libuit'; 'misertum est' pro 'misertus sum'; 'pertesum est' pro 'teduit'; 'placitum est' pro 'placuit'; 'puduit', 'puditum est'. (Hic supinum pro verbo.)

'Meliuscula est', 'meliuscule est'; 'plurimum est in foro', 'plurimus est in foro'; 'rarus est conuiuia', 'raro est conuiuia'; 'multus est apud mulierem', 'multum apud mulierem versatur'; 'frequens est in aula', 'assiduus in literis' (hic nomine commutatur aduerbium 'frequenter' et 'adsidue'). Verum alias fortassis vt commo-

680 Nunc de qualitatis variatione docendi causa pauca ponamus, quasi digito fontes ipsos indicantes.

NVMERVS

Vsurpatur numerus pro numero: 'Romanus praelio victor' pro 'Romani victores'; 'Haud secus ac patriis acer Romanus in armis'; 'vterumque armato milite complent' ('armatis militibus');

685 'omnem pecuniam absumpsit' ('omnes pecunias'); 'Populo imposuimus (id est 'imposui') et oratores visi sumus' (cum de vno loquatur Cicero); Vergilius: 'Sed nos immensum spaciis confecimus aequor'; 'hominis vultus' pro 'vultu'; 'datur ora tueri' pro

690 'datur videre faciem'; 'animos' pro 'animo'. Nam in prima persona pro singulari pluratum numerum ponere frequentissimum est, aliquoties modestiae causa; in secunda nunquam, nisi genus ipsum significamus: 'quae vestra libido est'

LB 15 (id est 'virorum'); in tertia inuidiae causa mutauit Terentius:
 695 'Cum ad vxores ventum est, tum fiunt senes' (cum de vno Chremete diceretur); 'inexplicitosque Platonas' (Martialis, cum de vno Platone dicat). In genere mollior ac frequentior est numeri mutatio in nominibus quae grammatici collectiua vocant. Cuiusmodi sunt: 'vulgus', 'populus', 'grex', 'ordo'; 'pars in frusta secant'. Item in
 700 his quae non vnum aliquod indiuiduum, sed genus aut speciem declarant. Nihil enim refert vtrum dicas 'elephantus decimo demum anno parit' aut 'elephanti decimo anno pariunt'.

PERSONA

Variatur et persona pluribus modis, vel cum certa pro quauis ponitur: 'quid facias?'; 'vt homo est, ita morem geras'; 'videas et flumina sicca' (id est 'videri poterant'). Idem fit per primam personam itidem vt per secundam: 'Ne mihi tum molleis sub diuo carpere somnos / Neu dorso nemoris libeat iacuisse per herbam'; 'Neue tibi ad solem vergant vineta cadentem'. Nonnunquam pro
 710 prima aut etiam secunda persona tertiam vsurpamus, vt: 'ait Clodius, negat Cicero' (id est 'tu ais, ego nego'); Vergilius: 'nec me meminisse pigebit Elyssae' (id est 'tui'); idem: 'et tandem Turnum experiatur in armis' ('Turnum' dixit pro 'me'); item: 'Manibus hoc referes, telo cecidisse Camillae' (id est 'meo'). Huc pertinet quae vocatur apostrophe, quum orationem ad aliquam personam aut ad rem tanquam ad personam vertimus, vt: 'Scipiadas du-
 715 ros bello, et te, maxime Caesar'; 'Polydorum obtruncat, et auro / Vi potitur. Quid non mortalia pectora cogis, / Auri sacra fames?'. Vergilius parentheses cum apostrophe coniunxit in illo:

720 'Haud procul inde citae Metium in diuersa quadrigae
 Distulerant (at tu dictis, Albane, maneres)

(cioè degl
 lenza: qua
 parlerebbe
 do parla d
 In gene
 grammatic
 classe; in
 un qualche
 dici "l'ele
 partoriscon

Anche l
 mata deter
 un uomo,
 secchi (cio
 sona, così
 né a lui far
 zo all'erba
 mo la terza
 ferma, Cice
 spiacerà ric
 prova Turr
 questo, con

A questo
 do rivolgia
 fosse una p
 grandissime
 forza. A co
 dell'oro!».

Non lontan
 squartavar

¹³ Parenthe

¹⁴ Mezio F

Quae quidem species sunt metaplasmi, propterea quod dictionem quasi transformant. Reliquas species prudens omitto, quod non admodum ad copiam facere videntur, et nobis propositum est ea duntaxat persequi, quae proprie pertineant ad id quod institui-

820 mus.

VARIANDI RATIO PER ANTONOMASIAM. CAP. XIII

Proxima variandi sermonis ratio constat antonomasia, id est nominis permutatione, ut si quis pro 'Achille' 'Peliden' aut 'Acaciden' dicat, pro 'Romanis' 'Romulidas', pro 'Troianis' 'Priamidas' aut 'Dardanidas', pro 'Hercule' 'Tyinthium', pro 'Venere' 'Cytheream' aut 'Cypridem', pro 'Diana' 'Cinthiam', pro 'Ioue' 'Saturnium', pro 'Mercurio' 'Cillenium'. Nonnunquam epitheton pro nomine ipso subiicere licebit: Vergilius, 'thalamo quae fixa reliquit / Impius', 'impium' pro 'Aenea' dixit; Liuius 'Poenum' pro 'Hannibale'. In Terentio saepe 'senex' pro persona heri.

830 Eiusdem generis est si quis 'Poetam' dicat 'Homerum' sentiens, 'Philosophum' 'Aristotelem' significans, quemadmodum Graeci Persarum regem βασιλέα nominant.

835 Neque ab hoc genere abhorret, si quis pro 'fure' 'Verrem' dicat, pro 'molli' 'Sardanapalum', pro 'diuite' 'Croesum', pro 'crudeli' 'Phalaridem', quae suo loco referemus.

VARIANDI RATIO PER PERIPHRASIM. CAP. XV

Id si pluribus verbis fiat periphrasis erit, quam quidam circuitio-
nem nominant, vt si quis 'euersorem Carthaginis et Numantiae'
840 pro 'Scipione' dicat, vt 'Troiani belli scriptorem' dixit Horatius
pro 'Homero', item si 'Mantuanus yates' ponatur pro 'Vergilio',
'Venusinus poeta' pro 'Horatio', 'Peripateticae scholae princeps'
pro 'Aristotele', 'Stoicae familiae pater' pro 'Zenone', 'volupta-
tis assertor' pro 'Epicuro'. Haec autem ratio plurimis constat
845 modis: etymologia, notatione, finitione.

ETYMOLOGIA

Etymologia, cum nominis rationem explicamus, vt si quis 'hae-
redipetam' dicat, 'qui haereditates alienas appetat captetque'; aut
pro 'parasito', 'hominem cibo ventrique deditum'; aut pro 'phi-
850 losopho', 'hominem sapientiae studiosum'; pro 'grammatico',
'qui literas doceat'; pro 'assiduo', 'qui det aera'; pro 'locuplete',
'qui plurima loca possideat'; pro 'pecunioso', 'qui magnam pec-
corum copiam possideat'.

NOTATIONE

855 Notatione constabit, cum notis quibusdam accidentium rem
quampiam describimus, vt si quis 'iram' intelligens, 'animi aut
bilis efferuescentiam' dicat, 'quae pallorem vultui, ardorem oculo-
lis, tremorem membris inducat'. Eiusdem generis est et illud:
'qui digito scalpunt vno caput', quo 'molles et parum viri' signi-
860 ficantur; aut si dicas 'cubito se emungit', 'salsamentarium' indi-
cans.

alc
stru
"sc
te '
"pr
glia
l
nizi

I
se q
circ
ven
inse
deni
de q

L
la re
dica
ardo
"que
ti e r
cand

FINITIONE

865 Finitione constabit, vt si quis 'artem bene dicendi' pro 'rhetorica' dicat; 'peculatorem', 'virum qui ciuitatis aerarium compilas-
set'; 'tyrannum', 'hominem qui vi leges ac ciuium libertatem oppressisset'.

VARIANDI RATIO PER METAPHORAM. CAP. XVI

870 Alia vero varietatis ratio ex metaphora nascitur, quae Latine translatio dicitur, propterea quod vocem a genuina ac propria significatione ad non propriam transfert. Ea multis modis tractatur.

DEFLEXIO

875 Primum deflexione, quoties vox e propinquo ad rem proximam deflectitur, vt: 'video' pro 'intelligo'; 'audire' pro 'obtemperare' aut 'credere'; 'sentire' pro 'intelligere'; 'perspicere' pro 'cognitum habere'; 'odorari', 'olfacere' pro 'susplicari' ac 'deprehendere'; 'concoquere' pro 'ferre'; 'deuorare' pro 'vincere' ac 'perferre'; 'complecti', 'exosculari' pro 'amare'; 'susplicere' pro 'admirari'; 'despicere' pro 'contemnere'; ita 'stupet animus', 'stupent oculi', 'stupent dentes'. Siquidem in his quod est corporis ad animum 880 transfertur, quo metaphorae genere nihil vsitatius. Huc fortassis pertinent et illa, quoties 'cano' pro 'dico', 'canto' pro 'scribo' dicimus, 'praeconium' pro 'laude', 'buccinari' pro 'celebrare'.